¶ Aliud preceptum eſt/et conſonat precepto dato in prologo ſcilicet minorem ne contempſeris: Dicit ergo. noli contemnere. id eſt contemptu habere vires exigui corporis. id eſt parue ſtature. quia dicit. Horatius. Maior in exiguo regnabit corpore virtus. Regnet in exiguis preclara potentia rebus. Quia nemo in omni parte beatus corporis. ꝛc. Corpus dr̄ illud quod corrumpi poteſt. Item corpus idem

eſt ꝗ xp̄s. vñ ap̄ls. Nos ſumus vnũ corpus in xp̄o. Quãꝙ dr̄ bonũ opus. Vñ in euã. Si oculus tuus. i. ſi intentio tua ſimplex fuerit ⁊ totũ corpus tuũ. i. opus tuũ luci= dum erit. ⁊c̄. Item dr̄ cõprehenſio multoꝝ voluminũ. vt cum dicitur totum corpꝰ iuris eccleſiaſtici. Item dicitur vniuerſitas peccati. vñ apoſtolus. Deſtruitur totũ corpus peccati. Quãꝙ ſignificat coniugem. vñ apoſtolus. Qui fornicatur in corpꝰ ſuum peccat. i. in coniugem. Conſilio pollet. id eſt ſplendet multotiens viget ſapiẽ tia in homine paruo cui natura. i. naturalis diſpoſitio negauit vim. ſ. fortitudinem vnde. Ingenio redemi corpora parua ſolent. Et hoc apparet in brutis. vnde Mel tibi pro paruo corpore preſtat apis. Quod non facit camelus que eſt magnũ ani= mal. Item dicit ouidius. A cane non magno ſepe tenetur aper. Ꝟ. Neue putes vil les in paruo corpore vires. Ingenio plenus qui viribus extat egenus. Et econuer ſo. Vix erit immenſus in magno corpore ſenſus.

Quem ſcieris non eſſe parem tibi tempore cede
Victorem a victo ſuperari ſepe videmus.

¶ hic docet nos actor cedere illi qui non erit ſibi par tempore ⁊ etate. Tẽpus ha bet multas ſignificatiões. Signat oportunũ vocales protrahit heret. Verũ pars hois venalia tẽpora ſignat. Annuz deſignat aera dicꝙ vices. Unde quidã. Quez tibi neſcieris ſimilem de iure teneris. Cedere nam nato precipit iſta catho. Et ait ib. Nobile vindicte genus eſt ignoſcere victo. Si veniam tribuas non ſatis tutus eris. ⁊c̄. Unde Ꝟº. Cirum terre pelagiꝙ potentem. ⁊c̄. In bellis femina fregit. Di cit ergo. Cede. i. locum da. tempore. id eſt ſecundum exigentiam temporis. illi ſci licet quem ſcieris. id eſt intellexeris non eſſe parem tibi. i. equalem videmus ſepe victorem. i. maiorẽ ⁊ fortiorẽ ſuperari. i. vinci a minori. vel cede tempore illi. i. vin ce cum patientia quem ſcieris non eſſe parem tibi. i. quem cognoueris eſſe mino= rem. ⁊c̄. vĩ ſ. Nil arbitrio virium feceris. quia videmus ſepe victorem. i. illuz quẽ putamus vincere ſuperari victo. i. ab illo quẽ putamus vinci. Alij verſus. Sperne re tu noli quin cedas ſepe minori. Contra victorem tenui iam victus honorẽ. Et alibi dicitur. Quem tu tibi neſcieris ſimilem. ⁊c. vĩ ſ.

Aduerſus notum noli contendere verbis
Lis minimis verbis interdum maxima creſcit

¶ hoc preceptum reſpicit ad illud ſuperius datum. ſ. litem inferre caue. Dicit er= go noli contendere. i. litigare verbis aſperis. aduerſus notum. i. contra amicũ tu= um. bene notum/ quia cum extraneis et ignotis litigare/ et contendere/ vicium eſt ergo multomagis cum notis/ quia ex verbis venit lis/ ⁊ ex lite bellum/ et ex bello mors. Unde ſequitur. Lis minimis verbis interdum maxima creſcit. i. ſolet creſce re. interdum. i. aliquãdo minimis verbis id eſt ꝑ minima verba. vnde verſus. Ver ba parant litem/ lis prelia/ prelia mortem. Mors lachrymas/ lachryme numina numen opem. Pirithous bacchum/ bacchus dedit ebrietatem. Ebrietas venerem venus iras/ ira ruinam. Et horatius. Ludus enim genuit ſtrepitum certamen et iram. Ira truces amicitias in funere bellum. Dicit ergo. Aduerſus notum. ⁊ Lis mi. ⁊c. Lis dicitur a limitibus camporum/ ⁊ hoc tractum eſt ab antiquis qui litiga bant pro limitibus diſcernendis. Alij Ꝟſus. Non tibi det notos verbi cõtentio me tos. Pro verbis paruis creſcit lis vſꝙ ſuperbis.

Quid deus intendat noli perquirere ſorte
Quid ſtatuat de te/ ſine te deliberat ipſe.

¶ Sors eſt proprie diuinatio de rebus futuris/ ⁊ ita accipitur hic. quia quidã fa= tui per ſortes ⁊ prenoſtica nituntur ſcire futura. vnde ſupra dicitur. Mitte archa= na dei celum. ⁊c. Et ſubiungit cum ſis mortalis. Dicit ergo noli perquirere. id eſt inueſtigare ſorte. i. per ſortem vel ſortilegia quid deus intendat. i. voluntatẽ quaz deus habet. i. quid velit facere: quia deꝰ deliberat. ſ. diffinit prenoſticat vel prede= ſtinat quid faciat ſine te. id eſt ſine auxilio tuo. Quid ſtatuat. id eſt quid velit face re de te. qr per ipſum oĩa facta ſunt/ et ſine ipſo factum eſt nichil. Unde quidã iam

ctus. Quis noui ſenſus eius aut quis cōſiliarius eius fuit? ⁊ ſapiens dicit. Nemo
eſt certus an amore vel odio dignus ſit: qꝛ oīa in futuro abſcōdita reſeruanť. Vñ
Iob. Sunt tua iudicia iuſtiſſime rector abyſſus. Multa nec humane cognitionis
egent vel conditionis. ⁊c̃. Sors aũt eſt equiuocũ ad plura. Eſt enim diuinatio de
rebus futuris vt dictum eſt. Multi enim dicunt, ſortem non eſſe malum: qꝛ ſortibꝰ
vſi ſunt apoſtoli. Qñq3 ſigt capitale. Vñ. Quicquid capitur vltra ſortez vſura eſt
qñq3 dr ſors cōiectura vetularꝫ/ vt cũ dr iſta vetula ſit multum de ſorte. i. ꝯiectura
qñq3 reſponſuz ydoli. vñ dr ꝙ appollo reſpōdebat per ſortē ⁊ themis. qñq3 idē eſt
ꝙ caſus. vñ pꝛimꝰ amor phebi. da/ne/pe/ quã non ſors ignara dedit. ⁊c̃. qñq3 poſ
ſeſſio. vñ legiť ꝙ beniamin fuit de ſorte. i. poſſeſſione. qñq3 fortuna. Vñ Lucanus.
O miſere ſorti. qñq3 dr ſeries. vñ. Noctē ſors reducit. ⁊c̃. Quid deus ipſe velit tua
ſors inquirere querit. Te ſine diſponit qcqd tibi reddere nouit. vel aliter. Qui tibi
dat ſine te delibérat ipſe perite. ⁊c̃. Et eſt deꝰ vt dicit ſcꝰs phus mens immortalis
incōtemplabilis celſitudo forma multiformis multiplex ſpiritus incogitabilis in
quiſitio inſopitus oculi oīa continens lux perennis ſummũ bonũ creator oīm crea
turarꝫ. Et dr a theorꝫ qđ eſt videre qꝛ oīa videt.

Inuidiam nimio cultu vitare memento
Que ſi non ledit tamen hanc ſufferre moleſtum eſt

¶ Sciendum eſt ꝙ duplex eſt motus animi ſcilicet cogitatio rationis/ ⁊ appetitꝰ
voluntatis ſcđm ꝙ eſt liberum arbitrium humanum. ſ. ad bonũ ⁊ ad malum. Per
cogitationem rationis mouetur homo ad bonũ loquendũ ⁊ ad operandũ per ap
petitũ voluntatis moueť animꝰ hoīs/ qñq3 ad iram/ qñq3 ad inuidiam/ ad odium
et ad detractionem. ſed oportet in hoīe rationali ꝙ appetitus voluntatis ſubijcia
tur cogitationi ratio :is et ab ira temperetur. Unde Horatiꝰ. Ira breuis furor eſt
animũ rege. q. d. ſi animus mouetur per appetitum volũtatis ad iram rege. i. cor
rige illum per cogitationem et lumina rationis ſimiliter hic. ſi animus moueť per
appetitum voluntatis ad inuidiam memento vitare ipſam nimio cultu. Et qꝛ in=
uidia procedit ex motu cordis et appetitu voluntatis. Uidenduz eſt qđ ſit inuidia
Inuidia eſt dolor mentis corrodens animum ex aliena felicitate proueniens no=
cens naturaliter inuidenti. et bene dicit ex aliena felicitate. Unde Horatiꝰ. Inui=
dus alterius rebus marceſcit opimis. nocet naturaliter inuidenti. vnde illud iuſti=
us. Inuidia nichil eſt ꝙ protinus ipſum. Actorem ledit excruciatq3 ſuũ. vel ſic. In
uidia eſt paſſio animi cum dolemus alios meliores eſſe vel equales nobis. vel ſic
Inuidia eſt labor naſcens ex alterius felicitate animum torquens. vel aliter. In=
uidia eſt mentis egritudo ex felicitate alterius proueniens naturaliter inuidenti.
vnde memento vitare id eſt ne ſis inuidus nimio cultu: id eſt nimia cultura ⁊ intē=
tione et diligentia caues ne alijs inuideas que ſcꝫ inuidia ſi non ledit illos quibus
inuideas. quia inuidi non poſſunt ſemper alijs tñ nocere moleſtum. i. ponderoſuz
et malum ⁊ graue eſt tibi vel illis ſufferre hanc/ qꝛ nocet inuido vt dictum eſt. Uel
ſic. Memento vitare inuidiã conflatã in te alijs nimio cultu. i. ꝓpter nimiũ cultuz
et operatũ corporis tui. qꝛ nimius cultus incitat alios et incutit ad inuidiam. Vñ
Tullius. in cultu cauendum eſt qꝛ a forma remouetur animus. ⁊c̃. Que ſi nō ledit
ſi pro ꝗbus/ ꝗbus non ledit tamen moleſtum eſt ſufferre hanc. quia qui patitur in
uidiam ſemper eſt in timore ⁊ ſuſpectione. vnde iuſtius. ⁊c̃. Et alibi. Inuidiã per=
ſidi non inuenere tyranni. Maius tormentũ. ⁊c̃. Et Ouidius. Riſus abeſt niſi quē
veri fecere dolores. ⁊c̃. Et dicitur inuidia ab inuidendo. id eſt contra videndo/ qꝛ
illum cui inuidemus habemus odio/ nec rectis oculis intuemur/ ſed illum quem
amamus recte reſpicimus. Quia vbi amor ibi oculus vbi dolor ibi digitus. vbi
theſaurus ibi mens. Unde verſus. Proxima languori manus eſt/ et ocellus amo=
ri. vnde cor cognoſcit/ oculus diſcernere neſcit. vnde dicit. Inuidiam nimio cultu
vitare memento: ⁊ ammonet nos actor ne vermē inuidie in latibulo mentis nutri
amus. Iuxta dictum Senece/ qui ait. Uitemus inuidiam que nos inquietat. dicit
ergo. Inuidiam nimio. ⁊c̃. Unde. Inuidie cultum fugias chariſſime. Ledit nam
q3 partum/ ſed ferre videtur amarum. ⁊c̃.

Eſto animo fortis cum ſis damnatus inique.

Nemo diu gaudet qui iudice vincit iniquo

¶ Hic tangit actor patientiam dicens vt patienti mente fortiter et virtuoſe ſuſti=
neamus ſi iniuſte iudicemur vel condemnemur/vnde eſto animo fortis. id eſt pa
tienti/cum pro ꝗuis / ꝗuis ſis damnatus inique. id eſt contra iuſticiam. eſto for=
tis ne prorumpas in iram ne dicas iudici contumelias / ſed patienter abnega iu=
ſticiam tuam. Multiplex eſt iudicium. Equitatis. vnde beati qui eque iudicāt ini
quitates. vnde. Pater dedit filio omne iudicium. Diſcuſſionis. Unde. Non intres
in iudicium cum ſeruo tuo. Impetrationis: vt cum fecit iudicium et iuſticiam. Iu
dicium manifeſtationis. vnde. Pater non iudicat quem ꝗ: qui male iudicat iudi=
cabitur a deo et in extremo ſui gladij luctus occupabit. Tunc vincit iudex quan=
do eſt compos ſui voti et pro ſua iudicat voluntate. Sed quidam dicit. Non ha=
bet euentus ſordida preda bonos. Et hoc eſt qui vincit alium iniquo iudicio diu
gaudere non poteſt. Quia qui gaudet alterius ruina impunitus non erit. Unde
verſus. Si ſortis factus iniqua lege creatus. Non gaudet multum quem lex ma=
gna ſeruat multum.

Litis preterite noli maledicta referre
Poſt inimicitias iram meminiſſe malorum eſt

¶ Hic docet nos actor ne cōtentiones ſedatas ad memoriam reducamus. Iuxta
illud. Non memineris ire vel odij. Unde. Noli referre. id eſt ad memoriā reduce=
re maledicta. id eſt contentiones de quibus facta eſt pax inter te et aliū/quia ma=
lorum eſt. i. pertinet ad malos meminiſſe iram. i. reducere ad memoriam poſt ini=
micitias pacificatas ſup. vel inimicitias meminiſſe poſt iram ſedatam hoc autem
pertinet ad malos. Unde dn̄s. Non queras vltionem/nec memor eris maledicti.
Quia alibi dicitur. Qui in hoc mundo non vlciſcitur a deo. Alex. Nec meminiſſe
velis odij poſt verba. ⁊c̄. Alij verſus. Quiſqꝫ ſit oblitus litis iam factus amicus.
Nam memor irarum malus eſt homo preteritarum.

Nec te collaudes nec te culpaueris ipſe
Hoc faciunt ſtulti quos gloria vexat inanis

¶ Hic admonet actor ne noſmetipſos collaudemus vel vituperemus dicens. o fi
li tu nec te collaudes. Quidā ſic reſpondit cuidā querenti ſi ſapiens erat. Me ſtul=
tum non exiſtimo/ſapientem me eſſe non conſiteor. Alter quidam cum eligeretur
in epiſcopum dixit. virū ſum dignus neſcio. me dignū nō eſſe neutrū cōſiteor. Un̄.
Nec te collaudes/⁊ ſi aliquis laudat te/taceas. ſcriptū eſt enim. Laudent te labia
vicini tui/et non tua labia. quia laus in ore proprio ſordeſcit. vn̄. Sum ſimilis ſtul
to/ſi laudem forte michi do. Nec te culpaueris ipſe q. d. non facias aliquod malū
per quod videaris culpari. Uel ſic. Non credas te culpabilē/qꝛ nimia humilitas
eſt ſuperbia hoc faciunt ſtulti quos gloria vexat inanis. i. qui ſeipſos laudant/et
magnificant vel ſeipſos culpant ⁊ callide ad modum palpantis alios laudare vt
per cautelam ab alijs laudentur. verſus. Nemo ſibi culpam vel laudem conferat
vnꝗ. Cōuenit hoc vanis quod gloria vexat inanis. Item ſi laudator ſibi laudem
det gloria ſordet.

Utere queſitis modice cum ſumptus abundat
Labitur exiguo quod partum eſt tempore longo

¶ Hic docet nos actor modeſte viuere duplici de cauſa. vel propter ſanitatē cor=
poris. Unde illud. Sume cibum modice/modico natura fouetur. Sic corpus re=
ſice ne mens ieiuna grauetur. Uel propter inopiam ⁊ pauperiē euitendam ideo
dicit. Utere queſitis. i. acquiſitis. Unde Horatius. Eſt modus in rebus ſunt certi.
deniqꝫ fines. Labitur exiguo. Unde illud. Res queſita mox parua ſumitur hora.
Horatius. Seruiet eternū qui paruo neſciet vti. Unde quidam. Uiuet ſeruus vti
qui paruo neſciet vti. Alij verſus. Parce diſpenſa cum poſſis creſcere menſa. Du=
rat namqꝫ parum nimis vſus diuitiarum. ⁊c̄.

Inſipiens eſto cum tempus poſtulat aut res
Sulticiam ſimulare loco ſumma prudentia eſt

¶ Quādo quidā ſunt qui ꝓpter ſapientiā ſuā detrimentū incurrūt. idō nos admo=
net actor vt loco et tpe ſtulticiam ſimulemus dicens/eſto inſipiens .i. eſſe videaris
vt ibi. Fertilior ſeges et alienis ſemper in agris eit .i. videtur eſſe ſilr eſto .i. videa=
ris eſſe cū tempus .i. temporis oportunitas aut res .i. rei exigentia vel vtilitas ex=
poſtulat .i. requirit. qr dicit ſalomon. Melior eſt ad tps ſtulticia ꝙ inepta ſapien=
tia. vñ quidā. Malo ad tps eſſe ſtultus ꝙ inepte ſapiens. vñ legit̄ de bruto qui ſe
ſtultū ſimulauit. vt nequitiam ſuperbi dani euitaret de quo in faſtis. Brutus erat
ſtulti ſapiens ſimulator vt eſſet. Tutus ab inſidijs dane ſuperbe tuis. Sūma pru
dentia eſt hoc facere. ſed fingere ſe ſtultū eſſe loco ⁊ tēpore ⁊ non ſemꝑ ⁊ vbiqꝫ. vñ
Inſipiens eſto inter ſocios ⁊ amicoꝝ honeſte maneas ludendo cū ludētibus flēdo
cū flentibus iuxta illud apoſtoli. Flere cū flentibus gaudere cū gaudentibus. Di
cit ergo/inſipiens eſto. ⁊c̄. vnde verſus. Te ſtolidum finge quando res admonet
eſſe. Eſſe loco ſtultum fit ſepius vtile multum.

Luxuriam fugito ſimul et vitare memento
Crimen auaricie nam ſunt contraria fame

¶ hic docet nos actor agi de tribus. Primum eſt fuga luxurie. ſcđm docet nos vi
tare auariciam. tercium eſt ex primis duobus. ſ. conuerſatio fame et honeſtatis.
vnde. videndum eſt quid ſit luxuria ⁊ vnde dicatur. et qualiter ſit fugienda. Luxu
ria eſt ardor animi mouens hominem ad carnis illicitum faciendum. vel aliter.
Luxuria eſt mordicata carnis petulentia dulce venenum importuna lues/perni
cioſa potatio que corpus humanum debilitat. et virilis animi robur eneruat. Et
dicitur a luxuria a luo/is quod ſignificat plura que hn̄tur per hos verſus. Ere luo
pignus cruce penas/luce tenebras. Dicitur et luere qn̄ ſalitur ouis. et dicitur ab
iſta vltima ſignificatione luxuria vel a luxu .i. a ſuꝑfluitate. vel a luxus luxa luxū.
quod idē eſt qđ motus a/um. vñ luxa membra dicimus mota mēbra. ⁊ inde luxu=
ria .i. ardor motiuus ad turpe officiū faciendū. Item ſciendū eſt luxuria hominis
cōſiſtit in renibus. Luxuria vero mulieris im vmbilico. et cōſtat in tribus. ſ. in eſu:
coitu: ⁊ veſtitu. Et ideo fugienda eſt tribus modis/per ciborum abſtinentiam et
illoꝝ que ad corpus id faciunt. vñ phiſici dicunt ꝙ oua vel megaris ⁊ alia cibaria
calidiſſima ſunt multum nociua caſtigati: qr ſunt luxurie. vnde ouidius in reme=
dio. Damus albicis miſſus tibi bulbus ad horis. Adueniat megaris noxius om
nis erit. Unde et bernardus dicit. Uenter cibo meroqꝫ eſtuans de facili ſpumat in
libidinē. Sed econuerſo dicitur. Luxuria raro non bene paſta caro. Item ad con=
ſeruandum caſtitatem vitandus eſt nimius apparatus corporis. vnde illud. Bea
tus enim qui cum nouis tunicis ſumet noua conſilia / et pes dormiet in lucem. et
ſcorto preponet honeſtum conſilium. Item canendum eſt a colloquio meretricis
vnde ſi dominum queris fuge colloquium mulieris. Non bene caſtus eris ſi cum
meretrice moreris. vnde ſalomon. Fauus diſtillans labia meretricis et alibi. Qui
meretrici adheret efficitur vnum corpus cum ea. Item cauendum eſt ab huiuſ
modi officio/quia inde frequenter mors corporis ſequitur. vnde in amphoriſmis
dicitur omne animal quod multū coierit cito morietur. Itē fugienda eſt luxuria/
quia damnoſa eſt multis modis qr famā multipliciter denigrat/corpus debilitat
burſam euacuat prodigalitatem ampliat corpus ⁊ animam coinquinat in infer=
num detrudit / a deo ſeparat/vocem acerbat/viſum minuit et obfuſcat/ et multa
alia facit mala. luxuriam fugito ergo propter predictas cauſas. Scđm de quo a=
git actor eſt fuga auaricie. vñ videndū eſt quid ſit auaricia. ſcđm tullium. Auari=
cia eſt iniurioſa alienoꝝ cupiditas. Item auaricia eſt immoderata habendi cupi
ditas que quāto plus hꝫ. plus hr̄e nititur. Et eſt duplex auaricia. Gn̄alis. ſ. qn̄ ali=
quis quicqđ ⁊ quomodo acq̄rere poteſt acquirit ⁊ retinet. ſpecialis eſt amor pecu
nie in cupiditate retinendi. Auaricia enim eſt vitanda in tribus. Primo ſeruando
res prout ſunt vt tēporalia habeantur ⁊ experiant̄. ita ꝙ res ſubijciantur homini
et non homo rebus. vnde hora. Eſt michi res non me rebus ſubijcere conor. ſcđo

in partitione amicis ſuis q̄ñ neceſſe eſt eis ꝑut homo pōt. vñ tho. Da qđ amas ſi quis deſpoſcit amicus. tercio conſtituendo penes ſe certum votū: vt ſi poteſt habere neceſſaria contentus erit. vñ in euangelio habentes victum et quid induamini his contenti ſitis. vñ horatius. Semper auarus eget. ꝛc̄. Tercium de quo agitur hic eſt conſeruatio fame honeſtatis et cōſiſtit in fuga iſtorum duorū. ſ. luxurie: et auaricie: q2 ex luxuria procedit prodigalitas. ex auaritia nimis parcitas. Dicitur ergo luxuriam fugito. i. ꝑdigalitatē luxuria idē eſt qđ prodigalitas vel ſuperfluitas ſimul ꝛ vitare memento crimen auaricie. i. auariciam criminoſam. Et ſubdit cauſam quare nā ſunt contraria fame. ſ. bone ſi fueris prodigus diffamaberis. ſi vero fueris auarus infamis eris. hec eñi vicia. ſ. prodigalitas/ꝛ auariciā ſunt cōtraria et oppoſita. q2 prodigalitas oīa expēdit: auaricia vero retinet. Harum ergo in medio incidamus ne noſtra nimis prodige expendamus: neq3 nimis auare teneamus quia medium tenuere beati. medio tutiſſimus ibis. Dicit dedalus ad icarum/ quia prodigus tam diſtat a largo q̄3 parcus. vel Luxuriam fugito. ꝛc̄. i. carnis petulentiam ꝛ libidinem. Dicit ergo. Luxuriam fugito ꝟ. In coitu ſex dāna luo: quia denarium do. Offendoq3 deū dum turpi ſorte redūdo. Humoreq3 bonum proprio de corpore fundo. Apocopo vitam ſtudium cum nomine perdo. ꝛc̄. Auguſti vero de auaricia dicit. Cum omnia vicia in ſenibus ſeneſcāt auaricia iuueneſcit. verſus. Tu nec auarus eris. nec luxu nate frueris. Non inſanus eris quiſquis ſic viuere queris. ꝛc̄.

Noli tu quedam referenti credere ſemper
Exigua eſt tribuenda fides q2 multi multa loquunt̄

¶ hic monet nos actor ne garrulis ꝛ vanis locutionibus credamus: q2 dicit apo. Nolite credere omī ſpiritui. videto vtrū ſpūs ſit de deo an nō noli credere ſemper. i. aſſidue referenti. i. hoī dicenti quedā noua ꝛ inutilia. vel ſic noli credere de facili referenti quedā ſꝑ vt inde habeat aliqđ victū ſicut ioculatores et hm̄oi qui ſꝑ rumores referūt vel noli credere quedā ſi ſint magna referenti rumores bonos vel malos. vñ non omī ſpūi credendū eſt quia virtutes ſe eſſe vita mentiuntur. Raro enim eſt multiloquiū ſine pctō ꝛ ſine mendatio. vñ q̄dā. Cerui cauda breuis male tegit poſteriora. Stulti lingua leuis male celat interiora quia multi multa loquūtur. ſ. falſa q̄bus nō eſt fides adhibenda. et iō. Exigua eſt fides tribuenda paucis credendū eſt: q2 multi noua incredibilia loquunt̄ de hominibus q2 raro aut nunq̄3 multiloquiū eſt ſine pctō quia dicit ſalo. In multiloquio non deeſt pctm̄. Quid eſt fides? Fides eſt ſanctiſſime religionis fūdamentū / charitatis vinculum/amoris ſubſidium/ſanctitatem firmat/dignitatē exornat/caſtitatem corrobotat/in iuuētibus apparet in pauperibus eſt gratia/in mediocribus leta/et in locupletibus eſt honeſta vel ſcđm phum. fides eſt ignote rei certitudo. aliū verſus. Raro credatur homini ſi multa loquatur. Omni relatori tu ſemper credere noli.

Quod potu peccas ignoſcere tu tibi noli
Nam nullum crimen vini eſt ſed: culpa bibentis

¶ Quod potu peccas. ꝛc̄. i. noli excuſare te ſi peccas potando/dicendo vinum hoc fecit et ita ſum ſine culpa noli ignoſcere immo te corrigas. quia vltra non potes ad ebrietatem. vñ aplus ad thimotheum. Fili vtere modico vino propter ſtomachum et alias infirmitates. Crimen non dz reputari vino/ſed bibenti vinū enim bonum eſt ſi ſumatur modice. vñ boetius. Uinum modice ſumptū acuit ingenium et alibi. Elige que valeant ſubtili vina calore. Nare probatur odor/viſu color et ſapor ore. vnde aug. q2 ebrietas eſt calamitas omnium calamitatum/culparum mater/radix criminum/origo viciorum/turbatio/capitis/ſubuerſio ſenſus / tempeſtas lingue/procella corporis/naufragium caſtitatis/dedecus vite/honeſti infamia/animi corruptela. ꝛc̄. vinum ad hylaritatem cordis non ad ebrietatem natum fuit. vnde verſus. Potu commiſſum non debet eſſe remiſſum. Nā qui peccaſti plus equo turpe paraſti. Item Si poſt vina labes nō vini ſed tua labes. et dicitur vinum quaſi vite natū vel dicitur a vena q2 currit per venas. aliū verſus. Si cū vicino moueas certamina vino. Non decet aſcribi quod bibis immo tibi.

Conſilium archanum tacito cōmitte ſodali
Corporis auxilium medico committe fideli

¶ Hic monet nos actor vt ſecretum noſtrum non alicui niſi fideli et tacito ſocio committamus ad celandū dicens. Conſilium tuū archanū .i. ſecretum tuum committe ſodali tuo tacito .i. fideli qui conſilium tacendo ſaluū poteſt facere. vñ ſalomon. A ſapiente conſiliū tuū reqre .i. fideli corporis. ⁊c̄. Similiter cōmitte. auxiliū tui corporis medico fideli .i. que cauſam morbi tui cognoſcat bene. vel fideli quem fidelē eſſe cognoſcas. Quid eſt dulcius ꝙ̄ habere amicū cum quo audeas omnia loqui ſicut tecū. vel hic innuit catho filio tuo ne ſecretum ſuum reuelet ſtulto ſed ſapienti ⁊ fideli. vñ horatius. Quid de quoqꝫ viro ⁊ cui dicas ipſe videto. ⁊c̄. vnde ſicut medico fideli cōmittenda eſt cura corporis. ita tacito ſodali eſt ſecretum ſuū reuelandum dicit ergo cōſilium. ⁊ cetera. verſus. Res occultarum de tacitis ſunt participande. Si non vis ledi medico te crede fideli.

Succeſſus dignos noli tu ferre moleſte
Indulget fortuna malis vt ledere poſſit

¶ Lege ſic. Noli tu ferre moleſte iraſcendo contra deum ſucceſſus .i. ea que veniunt tibi et ſuccedunt ex alijs dignos. quia deus ita permittit. Ipſe enim ſcit quid de te ſit facturus et de alijs indulget fortuna ad tempus malis tibi forte vel alijs vt ledere poſſit grauius in futuro. vel ſic. Noli ferre moleſte id eſt grauiter cum dolore et inuidia: ſucceſſus. id eſt proſperos euentus aliorꝝ dignos quis deus permittit vel indignos. Alia littera. Sicut tu crederes quia fortuna id eſt deꝰ qui fortunam et alia habet in manu: indulget id eſt intendit promotioni malorꝝ ad tempus. vt poſſit ledere ſcilicet eos qui magis ſe exaltauerūt deprimēdo. quia quanto gradus altior tanto caſus grauior. Unde illud. Tollum turrim altum vt lapſu grauiore ruant. et cetera. Et alibi. Dum fortuna volet fies de rethore conſul. Cū volet hec eadem: fies de conſule rethor. Fortuna dicitur non habere pedes quia dubia et inſtabilis eſt habet alias quia tam ad bonos ꝙ̄ ad malos ſine vllo examine cito accedit et recedit ſimiliter habet duas manus ſcilicet proſperitatem et aduerſitatem. Succeſſus dicit᷑ a ſuccedendo ⁊ eſt metaphora tracta a nauigantibus quibus dicit᷑ ventus ſuccedere quando eſt proſper ⁊ ꝓpicius. vel ſucceſſus in mala ſignificatione .i. malos euentus dignos quos digne pateris pro exceſſibus tuis ⁊ peccatis. vñ Ouidius. Leuiter ex merito quicq̄d patiare ferendū eſt. Et ſequit᷑. Que venit indigna pena dolēda venit. ℣. de rota fortune. Glorior elatus. ⁊c̄. Aliȷ̄ verſus Scandit hic/ille ſedet/ruit hic/peſſundatur ille. Fortune mores tales ſunt ſic dat honores. Subleuat exaltat. ⁊c̄. Et dicitur fortuna quaſi forte vna qꝛ vix aut nunqꝫ pes manet eadē. vñ depingitur eius ymago quaſi voluens rotam propter ſui voluptatem. Unde verſus. Prauos ſucceſſus noli tu ferre moleſtus. Sepe mali florent. et poſt ſua gaudia plorent.

Proſpice qui veniunt hos caſus eſſe ferendos
Nam leuius ledit quicquid preuidimus ante

¶ Proſpice qui veniunt. ⁊c̄. id eſt a longe proſpice in tēpore felicitatis aggregando quod poſſis expendere in tempore cariſtie vel proſpice. vt in ſanitate ne incurras in futuro infirmitatem. vel proſpice in felicitate vt patienter ſuſtines infirmitatem vel paupertatem. Unde iob. Si bona ſuſcepimus de manu domini mala autem quare non ſuſcipiamus. Unde thobias. Si bona cepiſti domino preſtante malorum. Articulo noli diſſimulare fidem. Hos caſus. id eſt multiplices miſerias que accidunt homini ſcilicet paupertatem ſenectutem. et huiuſmodi. De miſerijs q̄ accidūt in ſenectute Horatius in poe. Multa ſenem circūueniunt incommoda. vnde quidam. Querit et inuentis miſer abſtinet et timet vti. Uel qꝛ res omnes timide gelideqꝫ miniſtrat. Dilator ſpe longus iners auiduſqꝫ futuri. Difficilis querulus laudator temporis acti. Hos caſus. id eſt fortuna et miſeria quia mors eſt preponenda. vnde. Quodcūqꝫ ingrederis ſequitur mors corporis vmbram. Et

alibi. Ecce ſecuris ad radicem arboris poſita eſt hoc dicit demõſtratiue. quia pre
ſens vita infinitis inuoluta eſt miſerijs ferendes cum patientia Caſus eſt inopi=
nate rei euentus. Et caſus fortune. Unde. Qui cecidit ſtabili non erat ille gradu.
Et eſt caſus nature ſcilicet de vita in mortẽ. Unde in libro regum. Quomodo ce=
ciderũt in bello fortes. et cetera. Et eſt caſus gratie. vnde apoſtolus. Qui ſtat vi=
deat ne cadat in caſus glorie. id eſt gratie. Et alibi. Quod credidiſti bene. et eſt ca
ſus gratie. Unde dauid. Et cadet cum dominatus fuerit pauperum. Caſus eſt ac
cidens nominis vel dictionis. cum dicitur cuius caſus nominatiui. et eſt caſus ar=
gumenti locus a caſibus. Unde ſeneca. Si animus prudens eſt tria tempora pro
ſpiciat preſentia ordinet/futura preuideat/preterita recordetur. Nam de preteri=
to non cogitat perdit vitam qui nil de futuro premeditatur: et in omnia incidit in=
cautus: prepone ergo in animo tuo bona et mala futura vt illa ſuſtinere poſſis et
moderari. Unde boetius. Multi enim ſunt ſed hoc ſolummodo de preſentibus cu
rant dicentes. Pereat qui craſtina curat. ſed hoc malum eſt. Unde. Se minus af
flictum ſentit qui preuidet ictum. Tela nocent leuius viſa volare prius hoc eſt tra
ctum a cornice qui rigat ſe tempeſtate veniente. Alij verſus. Si tibi ſint cure res
geſte reſqꝫ future. Gaudia magna feres et erunt tibi precipue res.

Rebus in aduerſis animum ſubmitere noli
Spem retine ſpes vna hominẽ in morte relinquit

¶ hic admonet actor nos ne in tempore neceſſitatis animi conſtantiam ſuppre=
mamus. iuxta illud ſenece. Compone mores tuos/attolle animum tuum. aduer=
ſus formidata conſiſte. Conſtrue. Noli deſperare de ſalute in aduerſitate ⁊ reſpi=
cere an hoc conſtans et lenis. Unde noli ſubmittere animum tuum ſi tu es in ad=
uerſitate noli attenuare animum tuum per timorem vel noli ſubmittere. id eſt hu
miliare et deprimere animam vel animum tuũ/ita aduerſis rebus. id eſt aduer=
ſitatibus quaſi dicat noli deſperare iuxta illud. Grata ſuperueniet qui non ſpera
bitur hora/ſpem retine. id eſt ſpera in domino: quia vna ſpes. id eſt ſola non relin
quit hominem in morte: quia homo in vltimo termino vite poſitus ſperat adhuc
viuere. Unde iob. Si deus occiderit tamen in eum ſperabo in aduerſitate ⁊ egri=
tudine fides hominis probatur ſpes eſt expectatio ſiue fiducia alicuius boni ex
gratia dei vel ſpes eſt expectatio futurorum bonorũ. Unde dauid. Spera in deo
et ipſe te enutriet. Deſperatio vero eſt diffidentia ex dei miſericordia et bonitate.
verſus. Nemo malis credat ne deſperatio ledat. Omnis ſpes vincat/nec nos in
morte relinquat.

Rem tibi quam noſcis aptam dimittere noli
Fronte capillata poſt hec occaſio calua eſt

¶ hoc precepto ſuperius dato conſonat. Cum fueris felix. et cetera. id eſt cauere
de aduerſis frons. ponitur pro principio capilli pro abundantia: caluicies pro ad
uerſitate. Unde lege ſic noli dimittere. id eſt remouere tibi. id eſt a te rem quam
noſcis aptam. id eſt fore vtilem ⁊ tibi neceſſariã: quia occaſio id eſt fortuna fron=
te capillata id eſt frontis capillate exiſtens. ita ꝙ iſti genitiui frontis capillate re=
gantur ab hac dictione occaſio ex vi demonſtrationis eſſentie. Et ponitur ibi caſus
pro caſu. vt in doctrinali. Mulier egregia forma id eſt egregie forme. i. fortuna ꝓ
ſpera que comparatur fronti capillate quia bonis non eſt nuda. quemadmodum
frons capillata non caret capillis poſt hoc. i. cõmuniter eſt calua bonis id eſt nu=
da ⁊ aduerſa ⁊ ita per capillaturã intellige proſperitatem: per caluiciem aduerſi=
tatem/vel aliter vt dependeat conſtructio a precedenti verſu. noli dimittere rem
aptam tibi. id eſt fronte capillata id eſt dum tu es in proſperitate. quia poſt hec
id eſt poſt hanc proſperitatem occaſio. id eſt fortuna que eſt capillata in ſua fron
te. ſ. in principio eſt calua id eſt deceptiõis plena: poſt hec. i. poſtꝙ dederit tibi mul
ta bona decipiet te pauperem faciendo. vñ hora. Lucrum ſummiſqꝫ negat ſtare
diu. hec enim eſt firmitas fortune vt nullum faciat ſecurum hec ſecuritas vt nul=
lum faciat certũ: hec certitudo: vt faciat dubiũ. Unde alexãder. Solaqꝫ nobilitas

ſtabilem facit:vel aliter expone et idem intellige vt habetur ad picturam fortune
occaſio id eſt fortuna. Et nota q fortuna colebatur rome q̄ʒ o dea cuius ymago in
fronte erat piloſa.calua vero a poſteriori parte per qḋ datur intelligi ꝓſperitas
et aduerſitas fortune ſiue intelligitur fortune fallacia vel aliter fronte capillata.i.
quilibet homo fronte capillata.id eſt frontis capillate ab amicis diligitur.vnde
prouerbium q̄ diu capillatus eris.i.abundans diuitijs.tandiu habebis amicos
poſt hoc.id eſt cum proſperitas defuerit:occaſio erit calua:quia amici tui in tem=
pore neceſſitatis recedent a te.vnde ouid. Cum fueris felix multos numerabis a=
micos. Tempora ſi fuerint nubila ſolus eris. Et alibi. Sorte pʒ miſera que ſi dile
ctis vera vel ſic. Fronte capillata fortuna dicitur eſſe ceca et habere frontem ca=
pillatam quia homo qui eſt in proſperitate cecus eſt q̄ñ nō preuidet futura dicit̄
habere occiduam.i.partē caluam ⁊ videntē.q̄ʒ dum eſt in proſperitate videt que
ſunt bona et mala pōt ergo ſic legi occaſio calua.i.fortuna.ita q hec dictio capil=
lata ſit nel caſus calua in prima et poſteriori parte.vel aliter vt ſit ſenſus. Si aliqḋ
bonum offeratur tibi licet ſit paruū non debes refutare dum habes oportunita=
tem accipiendi:quia ſi forſitan hoc non accipias non habebis.aliud ⁊ hoc eſt noli
dimittere ſi offeratur tibi res quam noſcis futuram aptam.licet parum valeat:et
hoc eſt fronte capillata.id eſt dum principio habes oportunitatem et copiam re=
tinendi per frontem accipimus principium.q̄ʒ frons eſt altior et prima pars ca=
pitis per occaſionem caluam intelligimus finū et hoc eſt ſi refutaueris et alia in
iſtas non habebis:q̄ʒ occaſio poſt hec erit tibi calua et ſic legitur de oportunitate
aliquid faciendi.verſus. Noli fortunam pedibus dixere carentē. Pēnatalq̄ʒ ma=
nus dixerunt hanc et habere. Alij verſus. Fronte capillata facies et lumine ceca.
Poſt debellata pars eſt ſine lumine mecha. Fronte capillata bona res non ſit re=
probata. Unde monent illi quos dimiſcere capilli.

Quod ſequitur ſpecta quod imminet ante videto
Illum immitare deum qui partem ſpectat vtrāq̄ʒ

¶ hic admonet actor filium ſuum vt ea q̄ futura ſunt necnō inſtantia precogite=
mus vt melius de eis diſponamus iuxta illud in poetria minori.ſed quis hʒ fūda
re.domū non currat ad altū. Impetuoſa manus intrinſeca littera cordis. Preme
dicetur opus.⁊c̄. ¶ Conſtrue ſic. Specta.i.conſidera hoc quod ſequitur.id eſt fu=
turum quodq̄ʒ imminet.i.quod inſtat.i.quod preſens eſt ante videto.i.preuideto
et poteſt eſſe vna dictio vel due dictiones.vnde videto ante id eſt prius preſens q̄
futuram quia primo debemus conſiderare imminentem rem et inſtantem q̄ fu=
turam.vnde ſubiungit. Illum imitare deuʒ ſcilicet ianum qui eſt deus anni.et iō
dicitur bifrons quia reſpicit annum ſequentem ⁊ precedentem vel orientem ⁊ oc=
cidentem propter curſum ſolis. vnde illud. Iane biceps anni tacita libentis ori=
go vel imitare illum deum omnipotentem qui ſpectat vtrāq̄ʒ partem ſcʒ corpus
et animam vel preſentia et futura. ꝟ. Rem precedentem videas et cerne ſequen=
tem Bifrontem ianum fieri non predico vanum.

Fortior vt valeas interdum parcior eſto
Pauca voluptati debentur plura ſaluti

¶ hic inuitat nos actor ad ſobrietatem ne per ingluuiem corporis et anime de=
trimentum incurramus. Dicit ergo ſic. Eſto parcior.i.moderatior victu et veſti=
tu et in verbis/vt valeas fortius.i.fortior et ſanior in corpore et anima in corpore
quia multi ſunt qui per ventris ingluuiem infirmantur in aīa q̄ʒ nimia voluptas
corporis perimit animaʒ.vnde. Multi ieiunant propter ſanitatem corporis.vnde.
Parcito ſepe cibis/nam tu ſic ſanior ibis. ¶ Alij ieiunant vt videantur ſancti ſci=
licet hypocrite.vnde phariſeus. Ieiuno ieiuno bis in ſabbato. Alij propter auari=
ciam.verſus. Tangere parta timet vt non minuatur aceruus. Alij vero propter
ſalutem anime. Unde. Ieiunate oēs.et cetera. Unde maceratio carnis eſt ieiu=
nium vigilie impletio decalogi:et multa alia quia quilʒ poteſt habere vel videre.
verſus. Ieiunat ſanctus medicus ſimulator auarus. Spiritui carni vicio cauſa re
tinendi.pauca voluptati quaſi dicat debes facere pauca ꝓpter voluptatē:plura

vero propter ſanitatē ⁊ ſalutē corporis et aīe ꝑcipue qr legimus. at precium pars
hec corpore maius hȝ verſus. Quere quid argentum/quid forma quid ordo clien
ti. Quis celebres fundi/breue feſtum gaudia mundi. Nulla fides eius hodie ma=
le cras quoqȝ peius. Condecet his vti/ſed nō preferre ſaluti. vnde quidam. Glo=
ria nulla tui/ſed tempore dū potes vti. Omnia virtuti prepone tueqȝ ſaluti. Reſqȝ
ſalus multas/paucas vult ipſa voluptas.

Judicium populi nunq̄ contempſeris vnus
Nec nulli placeas dum vis contemnere multos

¶ Judiciū populi. i. arbitriū publica auctoritate iudicatū. vnde pſal. Fili mi ne in
nitaris prudentie tue. innititur qui opinionem arbitrij ſui opinioni multorum ante
ponit vnde. Si talis ꝙ placeas nulli. i. ꝙ non placeas alicui ſed diſpliceas omni=
bus vel ſic ne prout / vt placeas nonnulli. i. alicui ſcȝ inimico tuo qui vellet ꝓpter
malum tuum ꝙ contemneres multos vt inde malum tibi euenire: ſeneca. Qui ſe
habet male quod eſt optimū perdit. Conſtrue. Tu vnus. i. ſolus nunq̄ cōtempſe
ris iudicium plurimorum ne omnibus diſpliceas dum vis contemnere multos. i.
dum culpas quod factum eſt multis. id eſt ſcientia vel iudicium multorum. ver=
ſus. Spernere mundum ſpernere nullum ſpernere ſe. Spernere ſe ſemper quat=
tuor iſta beant. aliȷ̄ verſus. Non tibi nate neges populo ſub iudice leges. Nā nul=
li plebis multos ſpernendo placebis.

Sit tibi precipue quod primum eſt cura ſalutis
Tempora ne culpes cum ſis tibi cauſa doloris

¶ Sit tibi precipue quod primum eſt cura ſalutis. i. ſanitatis corpore ſit tibi ꝑcī=
pue in aīo tuo q̄ȝ de aliȷ̄s que ſunt corpori neceſſaria qd̄ id eſt quia hoc eſt pimū
q. d. ante oīa ſanitas corporis eſt petenda ⁊ hoc ſcḋm gentiles q̄ plus curabant de
ſalute corporis q̄ȝ aīe nos autem dicimus ſic cura ſalutis. i. anime ſit tibi precipue
q̄ȝ de aliȷ̄s rebus omnibus quia aīa dignior eſt q̄ȝ corpus. Tempora ne culpes cū
ſis tibi cauſa doloris. q. d. cum egritudo tibi euenerit vel inſtabit nō imponas cul
pam temporibus cū ſis culpabilis et ſis tibi cauſa infirmitas. ſolent enim quidā
dicere tempus eſt malū et periculoſum cū nullū tp̄e ſit in ſe malū/ſed malicia ho=
minū illud facit. ſalutis. i. ſanitatis. Et eſt ſanitas integritas corporis ⁊ temperan
tia nature ex calido et humido/quod eſt ſanguis. ⁊c̄. verſus. Prima ſit in cunctis
ſemper tibi cura ſalutis. Tempore non flebis ſi corpus forte dolebis.

Somnia ne cures nā mens humana quod optat
Cum vigilat ſperat per ſomnum cernit idipſum

¶ Somnia ne cures. q. d. noli hr̄e curā de ſomniis. quia dicit ſalo. Multos fecerūt
errare ſomnia. et exciderūt inſperantes eis. Et ſciendum eſt ꝙ ſomniū ⁊ ſomnus
differūt. qr ſomniū eſt ymago q̄ videt̄ de nocte in ſōnis eſſe ſimilis veritati. Som=
nus vero eſt ſopor mentis ipſa quies hoīs. qñ aliquis dormit. Et deſcribitur ſom=
nus ſic a ſcḋo pho. Somnus eſt mortis ymago. laborū quies medicorum experi=
mentū infirmantiū votum miſeroꝝ deſideriū vniuerſi ſpūs requies. Et ſciendū ꝙ
ſomnus dr̄ multis modis. Sōnus ꝓprie ſcḋm ꝙ dictū eſt: eſt requies corporis ve
niens cum deſiderio ⁊ obliuione delectabili. vnde ouid. de arte. Stulte qd̄ eſt ſom
nus gelide niſi mortis ymago. ⁊c̄. Qñqȝ dicit̄ mors xp̄i. Ego dormiui ⁊ ſomnū ce=
pi ſomnus idem eſt ꝙ amor terrenoꝝ. vñ. Si deſidero ſomnū oculis meis ⁊ alibi
Dormierūt ſomnū ſuū ⁊ nichil inuenerūt. ſomnus idē eſt ꝙ torpor ignauie vel ac=
cidie ad faciendū bonū. vnde apo. Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. Qñqȝ idē
eſt ꝙ extaſis mētis in qua aliqd̄ reuelat̄ hoī per angelū dei. vñ in euang. Angelus
apparuit ioſeph in ſōnis. vñ verſus. Angelus ad ioſeph in ſōnis talia fat̄. Ut puer
hinc fugiat ne cū pueris moriat̄. Qñqȝ dicit̄ torpor vñ in geneſi. Jacob audiens
ꝙ filius ſuus viueret. quaſi de graui ſomno euigilans. ⁊c̄. Item gregorius cōme=
morat quattuor genera ſomnioꝝ dicēs ꝙ q̄dam veniūt propter nimiā voluptatē
coꝝ qui ſomniant ſiue propter vanitatē vini ⁊ cibi ⁊ crapulā/que ſunt ſpernenda

qꝛ vbi plura ſõnia: ibi plures vanitates. alia veniũt ex fantaſmate. i. ſuggeſtione dyabolica: q̄ oia ſunt vitãda. Alia ex cogitatione: q̄ nemo licet ſanctus poteſt cuitare. Alia ex reuelatione diuina: ſicut legitˀ ex ioſeph: et hec nullatenus ſunt ſpernenda. vñ. Sõnia ne cures. qꝛ fallũt ſomnia plures. ſcriptũ eſt eni ꝙ multos fecerũt ſõnia errare. ⁊ multas curas inieceruͤt. Nã ꝓ qꝛ: qꝛ mens hũana. i. mens multoꝝ ſtultoꝝ ſperat ſe habiturã: quod optat dum vigilat. i. quod cogitat vigilãdo/ ſomnia dormiendo. vnde claudianus. Omnia que ſenſu voluuntur vita diurno. Corpore ſopito reddit amica quies. Dormiendo inq̄ hac ſola de cauſa: qꝛ cernit id eſt videtur ſibi cernere per ſomnum illud quod videt vigilando: ⁊ ita falluntur quia per ſomnũ non poteſt haberi vel aliter. Nam humana quod optat dum vigilat. i. vigilãdo ſperat ſibi habere ipſum cernit per ſomnũ id eſt cernere putat in viſione ſomni ⁊ cetera. Alij verſus. Sollicitꝰ durat fruſtra qui ſomnis curat. Nã quod homo ſperat ſomnus ſibi ſepe reuelat,

Hoc quicũq; velis carmen cognoſcere lectoꝛ
Hec pꝛecepta feres que ſunt gratiſſima vite

¶ hic incipit tercia diſtinctio huius operis in cuius pꝛincipio premittit act. quandam exortationẽ: que diuiditur in quinq; ptes. Pꝛimo eni inuitat lectorẽ ad legendum carmen ſuũ: quando dicit. hoc quicũq; velis. Eſt autem carmen opus quod pedibus cõſtat ⁊ ipſis arte diſpoſitionis ꝓnunciatur. datum ſic ꝙ carptim ꝓferatˀ diſtinctum per pedes. et deriuatur a carmino carminas vel a carmenti dea que pꝛimo inuenit carmen. vel a carminus/ni. quod eſt arboꝛ ſup quam ſolẽt ſtudere poete. vel a cano canis qꝛ carmen eſt quidã modus cãtus. ſecundo exortatur lectorẽ ꝙ licet multa p̄cepta audierit in premiſſis diſtinctionibus ꝙ nõ eſſet ꝓpter hoc iterũ audire. ⁊ aĩm ſuũ ex virtutibus et ſcientijs informare. et hoc eſt qđ dicit hec pꝛecepta feres. Dicit enim ſalomon. Melius eſt ſemen adiſcere q̄ ignorare. Item audiens ſapiens ſapientioꝛ erit ⁊ intelligẽs gubernacula poſſidebit. Item audiat ſapientiã auris tua. Item legitur ꝙ plato in octogeſimo et vno anno ſcribens mortuus eſt. Similiter ſocrates nonaginta et nouẽ annos hñs in ſcribendi et docendi labore vitã cõpleuit. Itẽ catho lȝ eſſet ſenex nunq̄ ceſſauit diſcere. vñ quidã. Viue carens vicio tanq̄ ſis cras moriturus. Intẽdẽs ſtudio quaſi vita nõ cariturus. Tercio ſubdit cauſã quare nõ debemus ceſſare a doctrina immo ſemꝑ audire ⁊ audita memorie cõmendare qꝛ hõ ſine doctrina ⁊ ſcia quaſi mortuus eſt vñ dr̃. Nã ſine doctrina ⁊c̃. viuere enim vno modo eſt in deũ credere ⁊ opera iuſticie facere et coꝛ doctrinis ⁊ ſcientijs applicare. vñ in euãge. Qui credit in me etiã ſi mortuus fuerit viuet. credit dico ꝑ bonã fidẽ operantẽ et dilectionẽ ſi mortuus fuerit. ſ. vita culpe ⁊ ignorantie viuet in preſenti ꝑ grãm ⁊ gl̃iam in futuro. Patet ergo ꝙ ſine doctrina ⁊ dilectiõe dei hõ mortuus eſt. Quarto inuitat lectorẽ ad multiplex cõmodũ qđ ꝓuenit ex doctrina. vñ. Cõmoda multa feres ſinautẽ ſpreueris illud nõ ſcriptorẽ. ⁊c̃. Quinto ⁊ vltimo quaſi cõminãdo ⁊ increpãdo ⁊ culpã imponendo ſi doctrinam nolit recipere monet lectorẽ: vt ſi propter multiplicẽ vtilitatẽ doctrine ad audiendũ nõ moueatˀ ſaltẽ nimis ⁊ increpationibus ducatˀ. excuſans ſeipm ⁊ oẽs doctores ꝙ ſi parati ſint docere licet alij minores nolint audire culpa nõ eſt in doctores ſed i diſcipulos reſignãda. vñ dicit. Sinautẽ ſpreueris illud. Nõ me ſcriptorẽ: ſed te neglexeris ipſe. Dicit ergo. hoc quicũq; velis. Cũ eni in p̄miſſis diſtinctiõibus multa p̄cepta dedit q̄ data ⁊ nõ intellecta nichil ꝓfecerũt. ideo nos ãmonet vt nos tã in p̄miſſis q̄ in ſequẽtibus intelligendis curã adhibeamus ⁊ intentionẽ purã ⁊ beniuolã prebeamus. ⁊ inuitat lectorẽ vt legat ⁊ relegat quia nemo repẽte fit. ⁊ alibi. Seruus venit vſus ab armis. ¶ Cõſtrue ſic. O lectoꝛ quicũq; velis cognoſcere. i. intelligere ⁊ ſcire hoc carmẽ meũ hec p̄cepta feres. i. ſequaris vel hec p̄cepta id eſt talia q̄ ſunt gratiſſima vite. i. efficaciſſima ad vitã tuã vel noſtrã moribus informandã ⁊ etiã inſtruendam. ℣. Quiſquis adeſſe velis carmẽ qui diſcere queris. Cum monitis multis dicam precepta ſalutis.

Inſtrue pꝛeceptis animum ne diſcere ceſſes
Nam ſine doctrina vita eſt quaſi moꝛtis ymago

Vñ hiero. Felix eſt animus illoꝝ qui ſe virtutibus inſtruxerunt qꝛ melius eſt ſe-
nem adiſcere ꝙ ignorare ne diſcere ceſſes. vñ illđ. Diſce qđ neſcis. Eſto prius au-
ditor ꝙ doctor ⁊ ſume per diſciplinam nomen magiſtri. vnde verſus. Diſce puer
dum tempus habes euo iuuenili. Ne doleas cum pauca ſcias etate ſenili. Nam
ſine doctrina vita eſt quaſi mortis ymago. qꝛ ſicut ſpecies in ſpeculo per ſe conſi-
derata nichil valet. ⁊ ſicut tabula ra a in qua nichil ſcriptum eſt parũ valet ita ho
minis vita ſine doctrina non eſt vita vera ſed ymaginaria. Unde anima etiam eſt
quaſi tabula raſa in qua nichil depingił ſed eſt pingibilis virtutibꝰ ⁊ ſciẽtijs mor
tis quaſi mortuus: ⁊ quaſi aial brutũ eſt ille ꝗ non a diſcit duz ſit iuuenis. vnde qui
dam. Dũ iuuenes eſtis et tempus habere poteſtis. Quare non diſcitis ne tanꝙ be
ſtia ſitis. ⁊c̃. ymago hylarius de trinitate dicit ymago eſt rei ad rem coequãdam
ymaginata et diſcreta ſimilitudo. Et dicitur ymago de imitor / aris quia illum ad
cuius ſimilitudinem ſit imitatur .i. imitari dꝫ. Diſciplina eſt oiu bonoꝝ motus or
dinatus diſpoſitio decens in om̃i habitu. Inſtrue inꝗ tali modo ne ceſſes diſcere
dico ꝙ diſcas nam vita humana ſine doctrina exiſtẽs .i. ſine diſciplina illa vita eſt
quaſi mortis ymago. Dicit enim qui nichil diſcit vel qui nichil ſcit eſt quaſi mor-
tuus licet non corporaliter tamen omnino. ⁊ cetera. Mors exponitur ſupra vbi di
citur. In mortem alterius. ⁊c̃. aliꝗ v̾ſus. Inſtrue tu mentem filij rationis egentem
Mens ſine doctrina manet in re certa ruina. Quid eſt vita. Uita eſt beatoꝝ leticia
miſerorum meſticia / expectatio mortis.

Commoda multa feres ſin autem ſpꝛeueris illud
Non me ſcriptoꝛem ſed te neglexeris ipſe.

¶ Commoda multa feres: dico ꝙ tu feres hec precepta que ſunt gratiſſima vite.
Si autem hoc facias feres multa commoda. ita dico ſi informas animum tuum
meis preceptis ſin autem pro ſed ⁊ pro ſi ſed ſi ſpreueris id eſt deſpexeris et paruipenderis precepta mea non me ſcriptorem. ⁊c̃. q. d. non danno meo ſed tuo contẽnes doctrinam meam. q. d. non ad incommodum meum erit: ſed ad tuuz. Duplex
eſt ſcriptor / mecanicus ⁊ artifex. Mecanicus qui ſcribit ſolummodo. artifex ꝗ ſcri
bit ⁊ agit. Sin autem poteſt eſſe vna dictio vel due ſi ſint due / ſin pro ſed / ⁊ ſin autẽ pro certe. ſi vna dictio ꝑ ſed ⁊ pro ſi. v̾ꝰ. Tamen ſi ſpernis tibi maxima cõmoda
perdis. Nec carmen miſſum ſed te neglexeris ipſum.

Cum recte viuas ne cures verba maloꝛum
Arbitrii noſtri non eſt ꝙ quiſꝗ loquatur

¶ Hic admonet nos actor ne ſub vite puritate et ignorantie iniquorum mendacia timeamus. dicit ergo ſeneca. Malis diſplicere laudare eſt. dicit ergo cũ viuas
id eſt cum viuere debeas vel velis recte id eſt innocenter et iuſte ne cures verba
malorum. id eſt ne ſint tibi cure male verba. id eſt ne cures ſi male dicunt et iniuſte ꝙtum enim in nobis eſt debemus mala prouidere coram omnibus hominibꝰ
ſicut dicit apoſtolus. Si autẽ improbus mala de nobis dixerit non eſt curandum
ſed hoc eſt curandum. vt ſoli deo placeamus. vnde. Beati eritis cum oderit vos
mundus. ⁊ cetera. non noſtri arbitrij .i. noſtri iudicij id eſt nõ iudicamur immo reprobamus quod quiſꝗ loquatur .i. reſpondeat ſingulis verbis garrulorum vnde
ſalomon. Noli reſpondere ſtulto iuxta ſtulticiã. ⁊c̃. vel ſic. Arbitrij noſtri nõ eſt ꝙ
quiſꝗ loquał. q. d. non eſt noſtre poteſtatis ora loquentium claudere et cõpeſcere vel nõ eſt noſtri arbitrij .i. iudicij. q. d. noli cenſere de quolꝫ verbo ꝙ hoies profe
runt ſed ſi es bonus noli curare. ꝗđ male dicant de pſona tua mali eni bene loqui
neſciũt vel nõ eſt arbitrij noſtri .i. noſtre voluntatis ꝙ quiſꝗ loquał .i. loquił pñs
cõiũctiui pro pñti indicatiui dicit ergo. Cũ recte viuas ne cures verba maloꝝ vñ
verum ait circa verbũ cuiuſlibet eſſe ſollicitũ ſũma ſtulticia eſt. ⁊c̃. aliꝗ verſus. Tu
viues moꝝ ne cures verba maloꝝ. Nulli ſcire datur ſemꝑ ꝙ quiſꝗ loquał.

Pꝛoductus teſtis ſaluo tamen ante pudoꝛe
Quantumcũꝗ potes celato crimen amici

¶ Hic docet nos actor ꝙ ſi in teſtimonium adducamur verum confiteamur teſtimonium ⁊ ſaluo pudore noſtro amicorum crimen inq̄ꝫtū poterimus celemus. vn̄ dicit productus teſtis. id eſt ſi adductus in alicuius rei teſtimonium fueris coram iudice vel arbitrio. celato crimen amici q̄ꝫtumcunq̄ꝫ potes. id eſt pro poſſe tuo celare ſtudeas. quia dicit Salomon. qui fidelis eſt celat amicum ſuum ſi autem alij cēſerunt illud. caue ne videaris mentiri vel periurare/⁊ hoc ſoluto tamen ante pudore. id eſt reuerentia tua verecundia exiſtente ſalua ita ꝙ non te manifeſte alij mētire ſentiant: ſed dic veritatem. Unde yſidorus. Ille erit condemnatus apud deum qui aduerſus innocentem falſum teſtimonium dicit. Teſtimoniū eſt per ſigna alicuius rei precedentis ſignificatio. Dicit Salomon in prouer. Amicus fidelis ꝓtectio fortis qui autem inuenit eum: inuenit theſaurum. Unde verſus. Cum fueris teſtis non ſit pudor niſi peſtis. Non debet dici per te tunc crimen amici.

Sermones blandos bleſoſq̄ꝫ celare memento
Simplicitas veri fama eſt fraus ficta loquendi

¶ Preceptum eſt vt ſuauitatem adulandi in nobis vel in alio deuitemus. Dicit ergo memento cauere. i. vitare in te vel in alio blandos ſermones bleſoſq̄ꝫ. i. ſuaues ⁊ tenores. id eſt. balbucientes adulatores vel molitos. Iuxta illud prophete. Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum et ipſi ſunt iacula. caue blandos ſermones in te/quia vir ſapiens non debet nimium blande loqui. Unde illud. Uerba ſapientis ſunt quaſi ſtimuli et quaſi claui in altum defixi. Clauis ⁊ ſtimulus verba ſapientiū comparantur/quia culpas delinquentium neſciunt palpare. ſed pungere. Simplicitas. ⁊ cetera. Uere cauendi ſunt bleſe et blande loquentes ſi manſueti videantur et ſimplices: quia ſimplicitas eſt pallatiuꝫ falſitatis ⁊ fraudulentie ſicut veritas innocentie. Eſt enim quedam bona ſimplicitas quedam non. Unde. Simplicitas veri. i. veritas. i. vera ſimplicitas eſt fama. id eſt vera laudabilis id eſt homo qui eſt ſimplex et humilis multiloquio. eſt multum famoſus et valde laudabilis. ſed ficta ſimplicitas loquendi eſt fraus: ita ꝙ ſit nominatiui caſus ſingularis numeri feminini generis. vel accuſatiui caſus pluralis numeri neutri generis ⁊ tunc dicas ſic ſimplicitas loquendi ficta. id eſt fictas adinuentiōes ⁊ adulatiōes. Simplicitas inq̄ꝫ talis eſt fraus: id eſt fraudulenta quaſi dicat illi q̄ fingunt ſe eſſe ſimplices loquendo ſunt fraudulenti. Unde Memento vitare blandos ſermones eorum. Et illa lectura eſt bona et ſana. vel aliter fama veri. i. veritas. i. verū eſt ꝙ fama multoꝝ ⁊ ſimplicitas loquēdi eſt fraus. Uel aliter incipe a ſuperiori verſu hoc modo dicendo. Memento cauere. id eſt ſis cautus ⁊ circumſpectus ꝙ ſimplicitas loquendi ſermonis eſt fraus. vnde caueas ab huiuſmodi ſimplicibus ⁊ hoc eſt qr fama veri. id eſt multi ſapientes ita ſentiunt. In veritate bleſi dicuntur qui blandiendo ficte loquuntur. Unde. Qui mel ore gerit. ⁊c. Uerſus. Sunt tibi vitādi ſermones vndiq̄ꝫ blandi. Sub ſpecie veri nos fallunt ſepe ſeueri. Et alibi. Sub ſpecie vncta macie ſub ſimplice veſte.

Segnitiem fugito que vite ignauia fertur
Nam cū animus languet cū ſumit inertia corpus

¶ Segnis dicitur multis modis. Segnis primo modo idem eſt ꝙ ſine igne vel ſeorum ab igne. id eſt a vigore animi vel ingenij. vnde ſegnicies fugienda eſt primo vitando ocia corporis immoderata non vacando potationibus ludis luxurie ſomnis immoderatis: quia qui ſequitur iſta debilis efficitur et ad luxuriam proteruus eſt. Unde Ouidius. Langor ⁊ immodici ſub nullo vice ſomni. Eripiunt omnes animi ſine vulnere vires. Itē. Affuit incautus deſidioſus amor. ⁊c. ſecundo. inſiſtendo alicui operi. Tertio eſt fugienda ſegnities. ſ. ꝙ nemo illud quod poteſt facere incontinenti differat vſq̄ꝫ cras ſicut faciunt ſemper ſegnes. contra quod dicit Horatius. Incipit viuere directe qui non prorogat horam. Ruſticus expectat duꝫ tempus defluat annis. ⁊c. Lucanus. Tolle moras ſemper nocuit differre paratis Unde apoſtolus. Non ſegnes eff ciamini verum imitatores eorum qui fide et patria hereditabūt promiſſionem. Et eſt pigritia tarditas corporis proueniens ex metu laboris conſequentis. Ignauus dicitur quaſi igne animi vacuus et mente

inde ignauia. ouid. Cernis vt ignauũ corrũpãt ocia corp⁹. Et capiãt viciũ ni moue antur aque. Dicit ergo. Fugito ſegniciẽ. i. cor. deſidiã ſiue pigriciẽ. Se inſeparabi lis prepõ eſt / ⁊ idẽ vꝫ qꝫ ſine / vt ſedulus. q. ſine dulia ⁊ dolo. Securus qua ſi ſine cura q̃ ſerẽ. ⁊ q̃ dr̃ ignauia vite. i. corruptio ⁊ accidia. Et dr̃ accidia a con grece. qđ eſt triſte latine. Dico q̃ diuites ocia nã cuꝫ anim⁹ lãguet. i. languidus eſt. i. nullo ſtudio eſt exercitatus inertia. id eſt pigricia conſumit et debilitat et eneruat corpus qꝛ qñ vides aliquẽ pigrũ corpore poteſt intelligere ſegnem animo ⁊ infir mum. Iners dr̃ quaſi ſine arte. inde inertia dr̃. vnde Segniciẽ linquas: ne nõ ignauia vincat. Cum mens langueſcit caro defectiue pigreſcit.

Interpone tuis interdum gaudia curis
Ut poſſis animo quemuis ſufferre laborem

